



Quod apud te, Cúltissime Hugeni, largius depulanti licentia con-
 uiviali exciderat, an debuerit extra conclaue produci te cum ipse
 repúta, quando hominem in rebus non in litteris agentem cum
 doctissimo viro impari sané congressu, te commisisse vides, at certe
 si liticulam istam inter amicos tuos, sibi inuicem ignotos serere
 voluisti, ne de inceptis ignoti essent, decebat in hístohumanitatis offi-
 cio non obmittere, quibus argumentis inductis dixeram subdubitare
 me, an recte positus esset sanctissimo Patrinostró Alexandro Ti-
 túlis Pontificis optimi maximi. hoc si ate fuisset præstitum et
 pepercisses operæ R. P.^{is} qui ea mihi probauit quæ non nescie-
 bam, et mihi consuluisses, nam, ut est ille pientissimus scrupulúm
 exemisset qui etiam nunc haret. si quæ inter computandum
 dicta sùnt meminisse possim, hæc mihi erant due causæ ampliùs
 inquirendi de isto Titulo. Altera quod distinguendum mihi
 videtur inter elogia totumq; genús adiunctorum, et Titulos dig-
 nitatum que nomina. Illa libera, arbitraria aptaque præponi
 et postponi: hæc præcisa, verbis conceptis inelusa atq; si italoqui
 licet, formalia, quæ diuidi, abruptiq; insertione ullius vocis
 extraneæ non debeant, non enim occurrebat legisse me umquam
 apud veteres Sempronium Magistrum optimum equitum. ~~Fl-~~
 Flaviùm edilem optimum currilem, quapropter placebat quidem,
 et mire placebat Alexandrùm dici, optimum Pontificem maxi-
 mum, aut si mauis Alexandrùm Pontificem maximum opti-
 mum neñtquam vero vocari Pontificem optimum Maximum
 Longè quippe aliud sonant hæ voces sic compactæ. Altera causæ
 dubitandi erat quod in re inter Christianos Antiquissima sum-
 miq; momenti non títum existimabam a Veteri forma re-

cedere, et cum in reuerentia erga Sedem Apostolicam
Maiores nostros sequamur, qui ut in plerisque aliis longe nos
superarunt obsequio In summos Pontifices nihil in eorum
titulo nouandum putabam, aut addendum appellationi quae
per. 14. continua secula Christi. D.N. Ecclesiae usa est.
quia quidem fortasse consulto abstinuit Titulo optimi maximi
quod ea denominatio omnium Pontificum censensui vni Deo
sacra^{erit} ~~est~~ Nihil a. mirum, si praeter tot appellationes quae
promiscuas Deo et hominibus, unicum illud singulare no-
men Deo reseruetur. haec erant quae me incertum fecerant
faciuntque. quia propter exple officium, Pontissime et sua-
uissime Constantine procura ut semel intelligam iure ne de-
bitauerim. Datum. Haga comitis 8 Kal. Octob. 1655.

